



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

41. Monachus exemptus à quo ab excommunicatione possit absolvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

bi de sent. excom. glo. cap. proposuit in verb. de absolutione de cleric. excom. ministrante
Navar. in Manuali cap. 27. num. 278. vers. septimo.

Decima, petens absolutionem ad cautelam non præsupponit aut fatetur se excommunicatum, secus si simplex absolutio postuletur *Stephan. Castad. cap. solet. n. 46. Sayrus lib. 2. cap. 16. n. 16.*

Undecima, Confessarius cui committitur absolutio ad cautelam non astringitur solemnitatibus antescriptis *Navar. d. nu. nu. 278. vers. quinto* quid autem si committatur ei in utroque foro vide apud eundem Sayrum & Navarrum, ubi plura de hac materia.

QVÆSTIO XLI.

Monachus exemptus à quo ab excommunicatione absolvi possit ?

SUMMARIUM.

1. Distinguedum inter excommunicationem illatam ex violentia manuum in-
 iestione & alias. 2. Tempus nisi accessus ad Papam sit
 difficile.

Quod Episcopus possit absolvere, videtur censuisse Federic. de Senis *conf. 14. 102. de Lignano Clem. ne in agro de statu Monach. Navar. conf. 31 de penitent.* At vero contrariam sententiam tenuit, Io. Andr. Abb. Fel. cap. significasti de foro comper. ca. pastoralis §. preterea *vers. limita hanc primam de offic. ord. glo. fin. in Clem. penult. de sent. excom. in c. grave de offic. ord. Ang. de Clavasio in summa verb. exemptus. §. 6.*

Paucis, distinguendum inter excommunicationem illatam ex violenta manu-
 um iniectione, & alias alterius speciei. Quoad illam, Episcopus absolvere potest ne-
 detur religiosus occasio evagandi uti censent, Io. Andr. Dom. Anchar Francus & alij
 in cap. religioso de sent. excom. in 6, qui extendunt hunc Canonem ad exemptos, quo
 vero ad alios, absolvere non potest, quia ligare non potest *Abb. cap. cum dilectus 2. not. de relig. dom. Bald. in Margarit. verb. excommunicatus arg. l. qui condemnare ff. de reg. iur. nemo autem absolvere potest, qui ligare aut condemnare non potest i. l. nemo qui ff. de reg. iur.*

Quod temperandum videtur, si accessus ad Romanam Curiam seu ad Papam
 esset difficilis & periculosus, qua de re abunde satis alij in locis scriptis supra.
 cod. lib. cap. 1. vers. limitanda dntem est & infra quæst. 30. & seqq. Card. Clem. 1. quæst. 3. de
 offic. ord. Clem. attendentes in fin. de statu Monach. Conceditur enim Episcopo abso-
 lutio casuum reservatorum in casu quo quis legitime impedimento detentus ad se-
 dem Apostolicam vel eius Nuncium accedere non potest. *cap. quamvis, cap. ea nosci-*

sur cap. de his de sent. excom. Siquidem necessitas semper excipitur à quibusvis legibus & prohibitionibus humanis, Processus in praxi Episcop. parte 1. cap. 1. sub finem.

QVÆSTIO XLII.

An accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis ?

SUMMARIUM.

1. Episcopalis ordinis quæ sint. Episcopo.
2. Postulari debent ab Episcopo.
3. Nisi Episcopus conferre venueret.
4. In actibus voluntariis exempti subsunt.
5. Nisi per actum voluntarium præiudicetur Episcopo.

Diximus supra lib. 1. quæst. 6. in fin. ex sententiâ Canonistarum, Episcopatum esse ordinem adde Io. Andr. in proemio sexti in verb. Episcopus ubi DD. Albert. Troylus de profecto clerico lib. 1. cap. 2. num. 4. & seqq. à quo plurima emanant quæ ordinis Episcopalis esse perhibentur, ut est Chrismati, oleum sacrum, Consecratio altaris Ecclesiæ, item reconciliatio, Clericorum ordinatio, dispositio, suspensio, & alia similis generis allata & probata à Bertrachino tract. de Episcopo lib. 4. part. 1. quæst. 19. nu. 53. quæ præbuerunt causam huius quæstionis ad quam Paucis respondeo omissis eis quæ supra in eadem materia attuli quæst. 11. eod. lib. exemptos hæc debere postulare ab Episcopo, ita disponente tum iure cap. veniens §. Chrisma ubi Io. Andr. Abb. & DD. præscript. Anania cap. per tuas nos. 1. de Simonia ubi loquitur de Carthusiensibus Oldra cons. 249. Clem. 1. §. præsentatos ubi Card. de excessib. prælat. cap. cum nullus vos. inferiores de temp. ord. in 6. glo. cap. abbatius 18. qu. 2. Calder. cons. 4. de privileg. tum universali & immemoriali consuetudine ut testatur Cardinalis cons. 112. visio privilegio Tum Concilio Trident. sess. 23. cap. 10. Nauarr. in Manuali cap. 22. num. 18. vers. tertio qui contravenit.

Quod tamen moderandum est, nisi Episcopus noller ea exhibere Canonice ut oportet, puta gratis, tum enim potuerunt ea petere ab alio præside rex. d. ca. veniens §. Chrisma ubi DD. Franc. 1. ubi late in verb. instituta de privileg. in 6. ubi Io. Andr. & Domin. Ex quibus extollarie inferitur, quod exempti subsint diocæsano in actibus voluntarie iurisdictionis, ita censuit Hostiens. quem refert Ioannes Andreas in cap. Canonica de sent. excom. & in cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Lapsus d. cap. cum nullus nisi tamen per actum voluntarium fieret præiudicium privilegio seu sanctæ Sedis rex. cap. cum tempore de arbitr. aut nisi actus voluntarius seu factum iurisdictioni eius non subiaceat. Dom. & Franc. d. c. cum nullus in glo. super verb. religioso.